



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 25. Antonii Borbonii Navarræ Regis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XXV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.*Antonius Borbonius Navarrae Rex*  
*trucidatus.*

In eadem hac obsidione vitam amiserat Navarrae Rex, qui, cum obsidionales fossas obiret, in lævo humero vulnus ex scolpeti ictu accepit, cumque periculose faucibus esse crederetur, in quadam cymba sequanæ imponitur, Parisios adverso flumine devehendus, ut inde ad oppidum S. Mauri transferri posset: ast insolito frigore correptus ad quoddam oppidum prope Rothomagum delatus fuit, ubi e navicula deportatus die decima septima Novembris, seu trigesima quinta post acceptum vulnus die animam egit, annos natus quadraginta quinque. Hic idem, cum adhuc obsidioni intentus esset, postquam urbs capta fuerat, ad illam in lecto decumbens per suos Helvetios deferri voluit, urbemque victorum more per dejecti muri ruinam ingressus est, ac durante sua infirmitate Ecclesiæ Sacramenta quidem recepit, Rouetam tamen nobilem Reginae Administratricis puellam, cujus adulterinis amplexibus assueverat, invisere non destitit: insuper etiam valde dubium est, utrum Catholicæ fidei, vel hæreticorum sectæ immortalis fuerit, interim id pro comperto habetur,

T t 2

tur,



Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Mem. pour  
servir à l'hist.  
de France à  
Cologne  
1719. de  
Mr. de  
l'Etoile.

tur, quod Regina Mater hunc Præ-  
pem cum morte luctari edocta, illam  
visum venerit, eundem his verbis  
locuta: *Frater mi! qua ratione reliquam*  
*vitæ tuæ tempus impendis? necesse foret,*  
*ut quidquam e sacris libris tibi prælegi*  
*curares.* Ad hæc ille respondit: *Regina!*  
*potissimi ex illis, qui circumstant Hugo-*  
*nottæ sunt: verum reposuit Regina:*  
*nec minus famuli tui tales quoque sunt:*  
dum vero Regina recesserat, Navarrus  
ad parvum quemdam lectum prope ex-  
minum deponi voluit, ac Beziaro præ-  
cepit, ut sacra Biblia acciperet, atque  
ex illis Jobi Historiam prælegeret,  
quam summa attentione percipiens,  
junctis semper manibus, atque oculis ad  
coelum elevatis tandem ad adstantem  
dixit: „Haud ignoro, vos passim dicite  
„ros, quod Navarræ Rex in se reverens  
„in Hugonottarum Religione decesserit:  
„rit: verum cujus sim Religionis, præ-  
„rum solliciti sitis, sciatis autem, me  
„Confessione Augustana moriturum, &  
„si convalescerem, me iussurum polli-  
„ceor, ut Evangelium in Galliis etiam  
„num prædicetur. „ Ceterum cum  
morti proximus esset, Raphaelem Ma-  
dicum suum adesse jussit, voluitque, ut  
ipse preces more apud Protestantibus re-  
cepto funderet, ad quas vix non omnes,  
qui in cymba erant, imo ipse etiam Au-  
pitu-



pisurionius Princeps in genua procum-  
bebant, cum autem pene expiraret,  
quemdam e suis cubiculariis barba pre-  
hendit, dicens: „fidelis esto Filio meo,  
„eumque nomine meo admoneas velim,  
„ut ipse Regi fidele obsequium præ-  
„stet. „ His dictis Navarræ Rex die  
septima Novembris e regione Andalii  
oppidi in Sequana subsistens animam  
efflavit.

Sæcul. XVI.  
A C. 1562.

§. XXVI.

*Rex, & Regina Rothomagum in-  
gressi, & Senatus postea  
reversus.*

Ceterum in Rothomagensis urbis ob-  
sidione quatuor hominum millia u-  
trinque occubuere: & quidem ex Ca-  
tholicis non sine ingenti omnium luctu  
egregius Bellidux Sancolumbanus, nec  
non Anduinus, ambo e Benearno op-  
pido Nobiles, desiderati fuere: Mont-  
gommerius autem, cum Regios milites  
per muri hiatus penetrare cerneret, tri-  
remem jam antea paratam conscen-  
dit, atque Neustriam sese recepit, una-  
cum quibusdam aliis, qui cymbis vecti  
prospera fuga sese victoribus subduxe-  
runt, elusis quamplurimis tormentorum  
ictibus, quibus ex adversa fluminis  
ripa impetebantur. Triduo post captum  
Rothomagum Rex, ac Regina solemni

*Labour ad-  
dit. aux.  
mem. de Ca-  
stelnaud.*

T t 3 in-